*ratione humoris, vel pauci, vel copioſi. Inſtru-
menta huic operi varia adhibentur, ut ollæ, a-
hena, ſartagines, pro re nata. Quædam etiam
fimo includuntur. Hîc probè obſervandum eſt,
ut liquor priùs ſit purè filtratus; quod ſi aliquid
impuritatis coagulo adhæret, abluitur celeri
manu. Alia verò frigore, cum res in calido re-
ſolutæ in frigido coagulantur. Hujus appara-
tus E. G. talis eſt. Sal vitrioli in aqua pura
diſſolvatur, diſſolutio filtretur, ad medias vel
tertias partes, prout diluta eſt, coquitur, in cel-
la deinde frigida ponitur, (ſi fuerint coagulabi-
lia, ut hoc vitrioli ſaccharũ, injiciũtur bacilli li-
gnei, quibus coagulatum adhæret; ſi verò non,
ut in ſalibus, bacillos ligneos imponere non eſt
opus) usq; dum totum coagulatum fuerit. Si
verò aliquid in mẽſtruo ſit relictum repetatur,
ut priùs. Tandem ea coagulatio, quæ per com-
prehenſionem fit, eſt, cum totum ſimul compre-
henſum remiſtumq; ad uniformem ſubſtantiã
coagulat. Et hæc potiſſimùm perficitur modis
ab autore in textu expreſſis.*

CAPUT VI.

DE LUTATIONE.

ORdinis ratio poſtularet, ut nunc for-
naces, vaſa, variamque ſupellectilem
chy-